

concremavit heroftratus, ut tali facto nomen suum in memoriali perenne permaneret ad posteros, & ideo sancitum fuit ut nomen ejus deleteretur ab omnibus libris, & quod nullus illud scriberet, sed tamen non defuerunt, qui illud literis madaverint

83. Paulus, d. Chry. folt.

Electis Dei omnia cooperantur in bonum, ait Paulus, si Gentiles tanta magnificentia erigebant templa suis falsis, ac commentitiis diis, qualiter nos Christiani, ut scribit d. Chrysof. homil. ad populum, debemus edificare, ac consecrare templa omnipotenti Deo vero, si illi talia praestabant demonibus, qui eos seducebant, & demergebant in infernum, inde, & maxime nos Christiani excitamur, & provocamur, ut multo majora cum omni veneratione, & cultu Domino nostro Jesu Christo, qui suo pretioso sanguine nos redemit qui est via, & veritas ducens nos ad salutem, qua nos fecit coheredes regni Caelorum.

84. Isai. 45.

Ideo Domino, a quo tanta dona accepimus omni studio ac affectu debemus edificare templa, ut ipse in eis regnet, & inde in nos multa dona sua diffundat; Vaticinatur Isaias. 45. num. 1. Hac dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eis januas. Propheta loquitur ad literam de Cyro rege futuro persarum, ut tenent d. Hieronym. noster. d. Cyril. Theodor. Procop. Euseb. lib. 6. Demonstr. cap. 9. de eo prophetavit Isaias ducentis, & decem annis ante ipsum, ut tenet Josephus lib. 11. antiq. cap. 1. Sed unde Cyro tot, & tanta beneficia cumulantur a Deo, ut illi promittatur, & tradatur Monarchia Chaldaeorum, & insuper a Deo dicatur: Christo meo. Christus, ut tamquam si esset Rex a Deo peculiariter unctus & dilectus: meus tanquam singulariter a Deo dilectus, & in multa estimatione ac pretio habitus? Unde illi tot, & tanti favores cumulantur. Explicat Efdras lib. 1. cap. 6. n. 3. Cyrus Rex decrevit, ut domus Dei edificaretur, qua est in Jerusalem, & num. 4. subditur: Sumptus autem de domo Regis dabatur ad expensas Templi, qui magna manu se habuit in fabricando Dei templo, multum, & ampliori modo se largitur deus, ut illum multis, & praclarissimis victoriis, ac triumphis exalter, magnisque nominibus ipsum condecoraret, atque illustreret. Isai. 44. n. 28. Dico Cyro Pastor meus es Graecus Sapiens meus & supra Christus meus, modo Pastor meus, sapiens meus.

d. Hier. d. Cyril. Alex. Theod. Procop. Euseb. Joseph.

Efdr. 1. 15. Qui edificavit templa multa domus ac nominibus condecoratur.

Isai. 44.

Antequam Salomon admoveret manus ad aedificandum templum: apparet ei deus, data optione ut eligat quod petat, exorat cor docile, & sapiens amplissimè conceditur a deo, qui ait ei: Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens in tantum: ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. 3. Reg. 3. n. 12. Et unde tantum meritum in Salomone, a tam amplo, & magnifico sapientiae dono, illustratur, nondum ab eo templum erat aedificatum, sed tantum in desiderio, & affectu, ut disponderet omnia ad illius fabricam, & tam gratum est Deo templa construere, ac erigere, quod solum illius desiderium magna impetret a Deo remunerationem ipseque ad opus conficiendum multum adjuvaminis auxiliique praestet, & ideo tantam dedit Salomoni sapientiam ad magnificam ordinationem, atque architecturam templi. Abulens. ibid. q. 3. Dedi tibi cor sapiens, & intelligens, quia disposueras eum ad templum aedificandum, ac complendum omni sapientia. De hac aedificatione templorum Vide quae dixi tom. 4. in Evangel. c. 39. de Zachaeo q. 1. a. n. 7. usque ad 9. & tom. 5. lib. 7. cap. 4. q. 9. n. 63. 46. 65. 66.

Ad aedificationem templi Deus adjuvat. Abulens.

Actor. 19. n. 31. Quidam autem, & de Asia Principibus, qui erant amici ejus miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VI. usque ad Vers. ultimum.

Vers. 31. Quidam autem, forte jam Cathecumeni, & amici pauli. De Asia principibus, Syriac. Primiores Asia. Rogabant eum ne se daret in theatrum Arabic. Ne se turba committeret. Ob manifestum, & evidens periculum.

86. Syriac. Arabic.

Vers. 32. Alii autem aliud clamabant. Syriac. Turbae autem, quae erant in theatro valde tumultuabantur, alii aliud clamabant. Quod ita explico, quod illi qui erant in theatro: clamabant, quod Paulus ad illud duceretur, ac puniretur; alii contra clamabant, ne hoc fieret, paulus quippe non erat supplicio dignus. Confusa Ecclesia, seu Congregatio, scinditur in varia vulgus, plures nesciebant, erant tamquam perplexi si pro Paulo, vel contra.

87. Syriac. In varia scinditur Populus.

Vers. 33. De turba autem detraxerunt Alexandrum. virum doctum ac eloquentem, & ludaeum ex media turba protraxerunt ad locum altum, & eminentem, ut notat tyrinus, ut verba faceret pro pace, & quiete Civitatis; nam contra Dianæ cultum convenerant Christiani, & Judaei, ut pote falsam Deam cognoscentes, & ideo Syriac. legit: Et sternerent ex se ipsis ludaeum, Arabic. Animos ei ad dentibus ludais, nempe ut verba faceret contra cultum Dianæ, ac proinde nihil esse faciendum contra paulum merito talem cultum reprobantem ac damnanem.

88. Tyrin.

Vers. 34. Vox facta est una. Syrus: Vociferati sunt omnes. Arabic. Spatio duarum horarum. Cum audissent verba contra dianam clamant: Magna Diana Ephesorum, ac si dicerent Veni, & age pro te, & pro causa tua.

89. Arabic.

Vers. 35. Cum sedasset scriba turbas, Postquam quietus, & sedatus est tu nultus, & populus capax extitit audiendi, scriba. Graecus: Legis doctor Syriac. Princeps Civitatis, qui erat veluti cancellarius, ac magistratus, qui habebat jus dicendi ac dirigendi, hunc esse eundem Alexandrum, de quo supradictum est, tenent Glossa Ordinaria, Interlinealis, Hugo, Baronius, Sa. Contrarium mihi videtur verius cum Gasetano, Aria, Cornelio, quia ille Alexander erat Judaeus, & quomodo in Civitate gentilium esset primus, deinde ut Judaeus non diceret laudes Dianæ, contra quam se opposuerunt Judaei, ut vidimus: Erat ergo iste scriba distinctus, & homo magnæ autoritatis, & bene affectus Christianis ut ex dicendis patebit.

90. Graecus. Syriac.

Quis est hominum, qui nesciat Arabic. Qui ignoret Syriac. Adivnam esse magna Diana, simulachri de Caelo delapsi, Sic etiam & legunt Simulachrum. Arabic. Chrysof. Pagnin. Vatablus fingebant Ephesi dianæ suæ simulacrum non esse ab homine effectum, sed esse delapsum de Caelo, ut restatur Suidas, sicut & Trojam Palladion, & Romani Ancile.

Glossa. Ordin. Interlin. Hugo. Baron. Sa. Gajet. Arias. Carthus.

Vers. 36. Oportet vos sedatos esse Syriac. Nihil festinanter, d. Chrysof. Nihil precipitanter agere cum res sit valde manifesta in cultum dianæ.

91.

Vers. 37. Neque sacrilegos, Neo fures vasorum. Arabic. Non commiserunt sacrilegium, ac proinde nullum crimè opponitis contra Paulum, ac ejus socios.

92. d. Chry. folt.

Vers

94. Vers. 38. Conveniunt forenses aguntur, & Proconsules Syriac. Proconsul est in Urbe, Arabicus Sane in foro versantur, & in Urbis Imperatores adsumunt. Ecce in Civitate sunt iudices, qui causas, quæ in foro externo excitantur judicant, ac determinant, & si isti iudices forenses non satisfaciunt, fiat provocatio, ac recursus ad proconsulem, ac magistratum superiorem.

95. Vers. 39. Si quid autem alterius rei queritis. Si autem alterius majoris, & superioris iudicii ad publicam quietem exoptatis in legitima Ecclesia poterit absolvi Arabicus. In senatorum curia id poterit dignosci d. Chrysof. In legitima congregatione dirimuntur. Id est tanquam in Comitibus provinciae, ac Magistratu poterit tota hæc controversia absolvi, & dirimi. Ita Vatablus, Menochius, & alii. Addunt d. Chrysof. Oecumen. hos coetus, seu congregationes ter in mense fieri solitos Ephesios.

Arabic. d. Chry. folt. Vatabl. Menoch. Oecum.

96. Vers. 40. Nam, & periclitamur argui. Scriba voluit sedare, & pacificare populum usque modo rationibus, nunc vero metu; quia Authores hujus tumultuariæ perturbationis poterunt accusari apud proconsulem, vel Imperatorem. & multas pœnas dabunt. Cum nullus obnoxius sit. Arabic. In qua nemo causam reperiet ad excusandum tantum tumultum, ac perturbationem. Dimisit Ecclesiam illam nempe Congregationem in pace.

Arabic.

Ad calcem hujus capituli nota, quod Oecum. d. Anselmus Theophil & alii ex Recentioribus ipsos sequentes exponunt pugnam cum bestis, quam paulus se Ephesi habuisse scribit 1. Corinth. 15. n. 32. de hac pugna, quam paulus cum hoc demetrio argentario habuit; nam homo fervidus ambitione, ac ira indomita bestia est.

Oecum. d. Ansel. Homo ambitione & ira bestia est.

98. Tamen verior, & communior sententia est d. August. d. Chrysof. d. Thom. & aliorum d. paulum Ephesi in publico spectaculo cum bestiis pugnavit, & dei auxilio victorem evasisse, & d. Lucas non omnia scribit, ut illud à Judæis quinquies quadragenas una minus accepisset, & etiam illud, Ter virgibus calus sum, ter naufragium passus sum 2. Corinth. 11. & alia similia.

d. Aug. d. Chry. folt. d. Tho.

1. Cor. II

CAPVT XX.

1. Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est ut iret in Macedoniam. 2. Cum autem perambulasset partes illas, exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Graciam. 3. Ubi cum fecisset menses tres facta sunt illi insidia à Judæis navigaturo in Syriam, habuitque Concilium, ut revertetur per Macedoniam. 4. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Beroensis, Thessalonicensium vero Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbens, & Timotheus, Asiani vero Tychicus, & Trophimus. 5. Hi cum praecessissent sustinuerunt nos Troade. 6. Nos vero navigavimus post dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem. 7. Una autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis

profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem. 8. Erant autem lampades copiosa in cenaculo ubi eramus congregati.

9. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante die Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum; & sublatus est mortuus. 10. Ad quem cum descendisset Paulus incubuit super eum, & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.

11. Ascendens autem, frangensque panem, & gratias, satisque alloquutus usque in lucem; sic profectus est. 12. Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt non minime. 13. Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum, sic enim disposuerat ipse per terram iter facturum.

14. Cum autem convenisset nos in Asson, assumpto eo venimus Mitylenen. 15. Et inde navigantes sequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & sequenti die venimus Miletum. 16. Proposuerat enim Paulus transmigrae Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Ierosolymis.

18. A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesia. 18. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis, à prima die, qua ingressus sum in Asiam qualiter vobiscum per omne tempus fuerim.

19. Serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum. 20. Quomodo nihil subtraxerim vilium, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos.

21. Testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. 22. Et nunc ecce alligatus ego spiritu vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans. 23. Nisi quod Spiritus Sanctus per omnes Civitates mihi protestatur, dicens, quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent.

24. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosorem, quam me, dummodo consummaverim cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu testificari Evangelium gratia Dei. 25. Et nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi predicans regnum Dei.

26. Quia propter contester vos hodierna die, quia mundus sura à sanguine omnium. 27. Non enim subterfugi quominus annuntiare omne consilium Dei vobis. 28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

29. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. 30. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. 31. Propter quod vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non cessavi, cum lacrimis mones unumquemque vestrum.

32. Et



- 32. Et nunc Commendo vos Deo, & verbo gratia ipsius, qui potens est edificare, & dare hereditatem in sanctificationis omnibus.
- 33. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi.
- 34. Sicut ipse sitis, quoniam ad ea, quae mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministraverunt manus istae.
- 35. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi

- Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare, quam accipere.
- 36. Et cum hoc dixisset postis genibus suis oravit cum omnibus illis.
- 37. Magnus autem stertus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum.
- 38. Dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri, & deducebant eum ad navem.

ARGUMENTUM.

Paulus ab Epheso discedens, per varias Asiae, & Graeciae Civitates tendit in Macedonia, deinde venit Troadem, ubi Eutychem a morte excitat, deinde Miletum, & Seniores Ephesi ad vocat, commendata Ecclesia, eis dat ultimum vale.

Act. 20. n. 1. postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis & exhortatus eos, vale dixit, & profectus est, ut iret in Macedonia.

Versiones.

PRIMA EXPOSITIO.

Usque ad Vers. 5.

1. Aethiop. Syriac. Arabic. D. Chrysof.

Verf. 1. Cessavit tumultus. Aethiopic. Cessavit commotio illius tempestatis Demetrii. Vocatis Paulus discipulis. Scilicet Catholicis. Exhortatus est eos. Syriac. Consolatus est eos ac deosculatus. Arabic. Salutavit eos. D. Chrysof. Complexus est eos. ad hoc eos vocavit, ut eos exhortaretur ut permanerent in fide, ut eis daret consolationem de praeterito tumultu, ac seditione.

2. Urbanitate servat Paulus. 1. Theff. 5.

Et valedixit, ut patet ex proximè citatis lectionibus salutavit, Osculatus est eos, amplexatus est eos, solebant enim antiqui ultimum vale dare amplexu, & osculo, & magnus Paulus in his, quae erant urbanitatis non deest, sed illa adimplet. Sic ait ipse 1. ad Theffal. 5. n. 26. Osculo sancto salutate ait textus, ut iret in Macedonia, ut ipse dispulerat, indeque transiret in Jerusalem, ut patet ex supradicto cap. 19. n. 20.

3. Syriac. Sermo spiritus consolatio est.

Verf. 2. Exhortatus eos fuisse multo sermone Syriac. Consolatus esset multis sermonibus, ut permanerent in fide. Hanc exhortationem vocat Syriac. Consolatio em, quia sermo divinus magna consolatio est animae. Venit ad Graeciam, quia ut ait Lyranus: Macedonia est in Graecia large sumpta.

4. Glossa Interlin. Lyranus. Carthus.

Verf. 3. Ubi cum fuisset mensis tres. Syriac. Exaetis tribus mensibus ait Textus. Facta sunt illi insidiae a Judaeis. Glossa Interlin. intendentes impedire viam, insidiae autem ad hoc tendebant, ait Lyranus ut eum interficerent, Carthus. ut surriperent pecunias quas ad pauperes deferebant Jerusalem, a quo insidiae fuerint manifestae, non exprimitur, forte ab aliquo viro Catholico, vel per revelationem a deo, qui semper adest suis in omni pressura. Vide verba labor.

5. Atabic. Syriac.

Verf. 4. Comitatus est, ob eximium amorem, erga Paulum, viri illustissimi, & magni de quibus dicam. q. 1. Verf. 5. Sustinuerunt Troade, Arabic. Perreperunt Troadem nos expectaturi, Arias, Manserunt Troade Syriac. Et nos praesolati sunt, Praedicti

viri prius pervenerunt Troadem, expectaverunt. Arias. Paulum, qui cum D. Luca iter agebat, declinare insidias. De Civitate Troade vide supra cap. 16. verf. 8.

QUAESTIO I.

Quare tot, & tanti viri comitati sunt Paulum, & quinam illi?

Magno, & ferventi amore Paulum comitabantur. Syriac. Progreffi sunt cum eo usque ad Asiam. Primus Sopater. Aliqui legunt, Sospater ac si per crasim dicatur Sopater, dicitur pyrrihi, id est, filius pyrrihi. Beræonius, utpote Patria illius hic cognatus erat ut Pauli, ut ipse testatur Rom. 16. n. 21. & observant Origenes, D. Chrysof. D. Thom. Inter sanctos adscribitur in Martirologio Romano die 21. Junii Origenes in epist. ad Roman eum facit Episcopum thessalonisae. Dorotheus in Synopsi, & D. hypolit. lib. 72. dicunt Episcopum Iconii.

Aristarcus, de quo vide quae dixi superiori cap. 19. n. 29. Secundus de hoc nihil potui reperire.

Cajus derbæus, de quo facio mentionem superiori cap. 19. num. 29. dicitur Derbæus ab Urbe patria.

Tychicus Hic exiit ad ministrum d. pauli in praefrendis literis, & mandatis ad absentes, ex quo D. paulus eum appellat charissimum fratrem, & fidelè ministrum, & conservum in domino Ephes. 6. n. 21. Coloss. 4. num. 7. Inter sanctos adscribitur, in Martirolog. Rom. die 29. Aprilis ibi Baronius in notis cum D. Dorotheo eum facit Episcopum Chalcedonen.

Trophimus ex Patre gentili Epheso natus, ex quo causa orta est, ob qua Paulus a Judaeis captus est suspicantibus illis, quod hominem gentilem, & idololatram induxisset in Templum eorum, ut refertur infra cap. 21. n. 29. De eo ita habet Martirolog. Roman. 29. decembris Arelate natalis Trophimi, cujus meminit Paulus ad Timotheum scribens; qui ab eodem Apostolo Episcopus ordinatus, praefata ad Urbis primus Evangelium predicandum directus est ex cujus praedicationis fonte, ut Sanctus Zozimus Papa scribit. tota Gallia fidei rivulos accipit, ob quam causam Episcopus Arelatenfis de primatu Galliae maxime contendit, de quo late agit Lorinus in praesenti.

Act. 20

Act. 20. n. 6. Nos vero navigavimus post dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE II.

Usque ad Vers. 8.

12. Aliqua legalia exteriora.

Verf. 6. Post dies Azimorum, id est altera die, post dies Azimorum, nam quamvis omnia legalia essent mortua Christi morte, tamen in exteriori aliquid servabant Christiani, ut Judaeorum vitaretur scandalum & inde saepe ab eorum festivitatis faciebant computationem, vel quia in illo primitivo tempore Christiani celebrabant pascha cum Judaeis, & postea mutatum est, non tamen celebrabant dies Azimorum.

13. 2. Cor. 8.

Navigavimus hic D. Lucas mutat tertiam personam, quia modo secundò adjunctus est Paulo, nam primo adjunctus est paulo cap. 16. n. 10. Cur autem hic secundò Lucas modestè causa tacet D. Paulus 2. Corin. 8. n. 19. explicat ejus laudes per omnes ecclesias, & quia apud graecos erat in magna aestimatione ob suam probitatem, scriptum Evangelium, & Medicinae artem.

14. 15. Syriac.

Verf. 7. Una autem Sabbati. Syriac. Primo autem die Hebdomadis puta die Dominica, de cujus excellentia multa dixi ad cap. 7. Apocalypf. verf. 10. Ad frangendum panem Syriac. Ad frangendum Eucharistiam. die dominica conveniebant Fideles ad audiendam Missam Protraxit sermonem usque ad mediam noctem exhortans ad hunc divinum panem, & nihil de corporali, quia ubi est sermo de hoc Coelesti pane omnia terrena habentur in oblivione.

Verf. 8. Erant ibi lampades copiosae. Arias Multae, Syriac. Lucerna ignis, tum quia ibi aderat Sacra Eucharistia, tum quia sermo perduravit usque ad mediam noctem.

QUAESTIO II.

Quare tanta lampadum copia hic commemoratur; cum de eis nulla fiat mentio quando Petrus nocte venit in domum Mariae Marci?

16. Act. 12. Doctrina Pauli illuminat mundum.

Cum Paulus hic noctu praedicat, ut exprimitur in textu verf. 8. Erant autem lampades copiosae in Cenaculo. At verò cum Petrus fugeret à carcere & profunda, atque nocte veniret in domum Mariae Marci Act. 12. n. 12. nulla ibi fit mentio de lucernis ac lampadibus, ut modo cum Paulus praedicat, ut forte denotetur magna luce, & doctrinae splendore quo verba pauli mundum illuminabatur, ac illustrabatur.

17. D. Aug. Eucharistia multis luminibus veneranda.

Secundo, & maxime meo videri ad literam, aderat ibi divinis, & admirabile Eucharistiae Sacramentum, ut patet ex verf. 7. ad frangendum panem Syrus Eucharistiam, & D. August epist. 86. & etiam fatetur Calvinus ad hunc locum, hoc altissimum Sacramentum multo luminu apparatu venerandum

18. 2. Mac. 2. Scitarius.

Cum Jeremias invenisset illa praecelara, & antiqua legalia. Tabernaculum, & arcam jussit Propheta divino responso ad se facto comitari secum. 2. Mach. 2. n. 4. tamen non exprimitur in Textu à quibus, & quomodo arca & tabernaculum deferretur. Serarius citato loco Mach. q. 18. tenet, quod deferretur ab splendidissimis Angelis fulgentibus multa luce, & cur à talibus, & tato fulgore deferretur. Arca & tabernaculum in typo representabant Sacram

Eucharistiam, & ideo tam magnifica, Angelica, ac luminosa pompa deferretur, ut inde deprehendas, quod illi, qui hoc altissimum Mysterium asportant, illudque cereis accensis comitantur tamquam Angeli apparerent in terris, Angelorumque vices agunt.

Moyse apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. Exod. 3. n. 2. non comburitur, sed resplendet rubus, imo ut author est Philo lib. de Moyse Lucidissimos mittebat radios. Et cur tanto splendore, ac lumine, radiisque se hic deus ostentat, quod non legitur factum cum in aliis locis apparuit Abrahamo Genes. 12. n. 1. & 14. Salomoni 3. Reg. 3. n. 5. Ista 6. n. 1. Cum se deus ibi ostentaret in throno sublimi, & alto, cur ergo in rubo cum tanto splendore, ac radiis? apparebat deus in rubo tamquam in figura in Sacra Eucharistia, ut tenet thomas Anglicus. Lahay ad cap. 3. Exod. n. 9. 8. & alii. Deus noster ignis est non urgens, sed illuminans, non consumens, sed pulchriorem, ac viridiorum faciens animam. Scilicet in qua recipitur, & cum ibi representaretur Christus Dominus in altissimo Eucharistiae mysterio consequens fuit, ut ibi fulgerent multa lumina, splendores, ac radii ad judicandum, ac manifestandam supremam majestatem divinis Sacramenti & in typum hujus rei, mandavit deus fieri candelabrum aureum, quod perpetuo luceret ante tabernaculum, & arcam. Exod. 25. n. 31.

QUAESTIO III.

Quare tanta lampadum copia erat modo in Cenaculo?

Ad frangendum panem, Eucharistiam ait rextus. Bellarm. Valent. Bozius. Baron. Carthe. Lorin. 20. Atus juxta Syriacum, cum esset dies Dominica conveniebant fideles ad audiendam Missam & postea communicabant. Ita Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 14. & lib. 3. de cultu sanct. cap. 11. Valent lib. de legitimo usu eucharist. cap. 8. Thomas Bozius lib. 13. de signis Ecclesiae cap. 3. Baro tom. 1. annal. Cather 3. Coc. Cajet sub lin. Lorin & Cornel hic, antiquitus solebant fideles audire Missam maxime in die Dominica, quod postea sub universali praeepto sanxit Anacletus Papa IV. à S. Petro, ut habetur in in Decretis 2. q. 7. cap. Laici.

Omnia Sacra Oecumenica, & generalia Concilia, omnes S. patres, doctores, & Authores Ecclesiastici largè, ac diffusè exhortantur omnes fideles ad audiendum, & frequentandum sacrificium hoc divinum multa, & magna miracula, dona, auxilia, quae illius intuitu deus concessit ejus auditoribus aplissimè multas historias & varios casus refert Theatrum vitae humanae tom. 7. lit. S. à folio 25. & deinceps unum tantum locum Pauli referat, quem de auditoribus Sacrificii Missae exponunt graves doctores, & Hortus Pastorum tract. 4. fol. 462. §. Quoties enim Apostol. ait ad haebros 12. quod non ascendant ad montem terribilem, & caliginosum ut erat olim in lege subdit n. 22. Sed accessistis ad montem, & Civitatem Dei viventis, Jerusalem Caestem, & multorum millium Angelorum frequentia, & Ecclesiam primitivorum, qui scripti sunt in Caelis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti novi mediatorum Jesum, quod altius expendendum est.

Singula verba considera ad nostrum intentum qui accedunt ad hoc divinum sacrificium, ascendunt ad montem, qui est Christus, de quo dicitur, in Psal. 67. n. 18. Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus mons dei.